

289 *Lancaster*, fragmentum rep. a. 1830 on the *Castle hill*, which seems to record the death of a son of

IVLIVS PROBVS

Baines *Lancashire* 4 p. 489 (inde Simpson *Lancaster* p. 120).

290 *Overborough*, ara rep. a. 1746. Periiit WHIT.

DEO SAN
CONTR securis
avis EBIVA secespita
IA POSV

Rauthmell antiq. *Bremet.* p. 102 (inde S. Pegge [P. Gemsege] *gent. mag.* 29, 1759 p. 407; Whitaker *Richmondshire* 2 p. 269; Baines *Lancashire* 4 p. 609, ed. II 2 p. 620), ed. II (1824) p. 103 tab. 4 fig. 1.

Apparet deum eundem nominari atque in titulo Longoviciensi n. 284. Nomen dedicantis potest etiam Vatta fuisse. Certum est de deo Sanco cogitari non posse.

Deo san(cto) Contrebi V(alerius) Atta posu(it)

XXVII. WATER CROOK prope Kendal
(CALACVM?)

Accedit *Windermere*.

Per hodiernam *Westmoreland* viae Romanae duae a meridie versus septentriones directae erant, altera iuxta oram maritimam a Mancunio (c. XX) et Coccio (c. XXI) per *Bremetennacum* (c. XXVI), altera ab *Eburaco* veniens mediterranea, cuius mansiones considerandae erunt capite proximo. Illius, quae fuit a *Clanoventa Mediolanum*, mansiones in itineralio Antonini solo (p. 481, 1—5) ita indicantur ordine inverso, scilicet a septentrionibus versus meridiem procedentes, *Galava m. p. XVIII* — *Alone m. p. XII* — *Calacum m. p. XVIII* — *Bremetonaci m. p. XXVII*. Earum praeter *Bremetennacum*, ut supra exposui, et *Calacum*, quod *Ptolemaeo* *Κάλατον* *Brigantum* oppidum est (2, 3, 16), nullae alibi memorantur; neque vero viae ipsius vestigia ita explorata sunt, ut exempli causa eius viae, quam *Watlingstreet* vulgus vocat. Itaque coniectura

tantum valde incerta tituli duo reperti non procul a *Kendal* oppido (n. 291, 292), quorum alter militis leg. XX est, attribuentur *Calaco*; nam inde a *Bremetennaco* ad *Kendal* recta via spatium minus est quam m. p. XXVII. Proderunt ibi praeterea anaglypha nonnulla et arae titulis carentes (*Horsley* p. 300 *Westmorl.* 10—12) solitaeque vitae Romanae reliquiae, nummi patellae lucernae; unde mansionem ibi fuisse quamvis non magnam manifestum est. *GIBSON* (*Goughs Camden* 3 p. 399. 404) et *HORSLEIUS* (p. 297. 484) ibi posuerunt *Cocanges* *Ravennatis* (5, 31 p. 432, 4) sive *Concangios* notitiae, quae praefectum numeri vigilum ibi collocat (p. 113* 10 cf. *Böcking* p. 866*), coniectura aequae incerta.

Servaverunt titulos illos duos *HORSLEIUS* et *WHITAKERUS*; tertio loco iis addidi fragmentum non procul inde repertum n. 293.

291 *Watercrook* prope *Kendal*, within the house, ara parva.

DEE N
AELIT
V V

Horsley p. 300 *Westmorl.* 10 qui de dea *Nympha* aliqua cogitavit.

292 *Watercrook* prope *Kendal*, built up in an end wall of a barn.

P · AEL · P · F · SERG · BASS^{us}
QD > LEG · XX · V · V · VIX · AN
F · PRIVATVS · LIBB · F · HER
M · LEG · VI · VIC · FCC · SIG
5 SEPVLC · ALIVM · MORT
ERIT · INFER · F · D · D · N · N ·
INSAH SVI · III // // // // // // // // //

Horsley p. 300 *Westmorl.* 8 (inde *Goughs Camden* 3 p. 404; *Cornelius Nicholson the annals of Kendal. Kendal* 1832 et *Lond.* 1861 8. p. 8); *Whitaker Richmondshire* (1823) 2 p. 333; *Athenaeum* 1830 p. 591 (inde *Férussac bull.* 16, 1830 p. 310).

1 BASSVS Athen. 2 QD · LEG Ath.; centurionis signum apud *Horsleium* et *Whitakerum* ut s parva formatum fortasse punctum tantum est, ut cogitari possit de milite legionis. *Horsleius* *q(uaestorem) d(esignatum)* proposuit, sed cum prudenti dubitatione. 3 GT · PRIVATVS · LIBB · GT · Athen. HERC Horsl., HER reliqui. Inde *Horsleius* de *Herone* milite legionis cogitabat perperam. 5 SEPVLC · ALIVM Athen. 6 ERIT · IN · FER · F · DC · D · N · N Ath. 7 Ut ded. Horsl., LN · FETAK) SA Whit., om. Ath.

Nomina supplevi exempli causa; in fine latet multae summa.

P. Ael(ius) P. f. Serg(ia) Bass[us] *q(uon)d(am) [o (centurio)?] leg(ionis) XX V(aleriae) v(ictricis), vix(it) an(nos)* [*Faustus*] et *Privatus lib(erti) et her(edes) [c(uram) a(gente) Titio Iusto] m(ilite) leg(ionis) VI vic(tricis) f(aciendum) c(uraverunt). Sig[uis in hoc] sepulc(rum) alium mort[uum] intul[erit] infer(et) f(isco) d(ominorum) n(ostrorum) [sestertium nummum]*

293 *Windermere, Westmoreland*, fragmentum lapidis inscripti repertum in situ castrorum Romanorum, quae putantur fuisse *Dictis*.

Beck archaeol. journ 2, 1846 p. 395 titulum non adscripsit, sed haec tantum adnotat: *the slab is of limestone, about 4 1/2 inches in thickness ; the inscription is very imperfect.* Ab alio postea editum esse non memini; unde adscripsi, ne omnino delitesceret.